UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Secundo martyre. Cap[itulum]. xij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

vno pede ſuſpenſus dudum toleraſſet: ad confuſionem ſuam a theodorico principe in bizagonam prouinciā ꝓpe carthaginē relegatur: vt paſtor eſſet vaccarū: vbi in cōfeſſione xp̄i perſeuerans migrauit ad dominum. Quē dum quidā felix xp̄ianus iuxta ilicem ſepelire vellet: ꝓut ei ſanctus per viſionem mādauerat: effoſſa humo ſepulchꝛū repperit precioſum: in quo ipſum ſepeliuit. Horū paſſio recollit̄. iiiȷ. kal̄. aprilis.

¶ De ſancto euſtaſio abbate. Cap. xi.

EVſtaſiꝰ abbas monaſteriȷ limatieñ. diſcipulꝰ fuit ſcti columbani abbatis. Hic ſexcentorū pater ferme extitit monachorū ⁊ vita ⁊ ſanctitate cōſpicuus: etiā miraculis claruit: ⁊ in eodem cenobio. iiiȷ. kalen. aprilis feliciter obdormiuit.

¶ De ſancto Secundo martyre Cap. xiȷ.

SEcūdus miles ⁊ martyr ī ciuitate aſteñ. paſſus eſt tēpore adriani imperatoris ſub prefecto ſapritio. Qui a beato calocero qui ab eodē ꝑfecto in ip̄a vrbe in carcere detinebatur fidē xp̄i edoctus eſt. Cum aūt ſanctus martianus in terdoneñ. ciuitate teneret̄ in cuſtodia Sapritius illuc ꝓficiſci voluit: vt eū faceret immolare. Cū quo ſcd̄us quaſi cauſa ſolatiȷ ꝓfectꝰ eſt: martianū videre deſiderās. Et cū extra ciuitatē aſteñ. equitarēt: columba ſup caput ſecundi aduolans inſedit: ⁊ cū ad flumen tanarum veniſſent: vidit ſecundus angelū ſup aquā ambulantē: ⁊ ipſum in fide confortātem. Sapritius ꝟo voces deoꝝ cū ſecundo loquētiū eſſe putabat. Et cū ꝑueniſſent ad flumē burbiam: angelus ſimiliter ſibi apparuit: ⁊ ip̄m vt in xp̄m crederet ſine vlla heſitatione confortauit. Sed dū terdonā appropinquarent: martianus angelo duce de carcere exiuit: ⁊ ſecundo obuiauit: ⁊ vt ad palmā obtinendā ꝑgeret inuitauit. Sapritius ꝟo vocē audiēs: ⁊ nullum adeſſe videns ſtupefactus ſe ſomniare putabat. ¶ Poſt hec ſecūdus mediolanū iuit ad quē angelꝰ fauſtinū ⁊ iouitā de carcere eduxit: a quibus nube quadā aquā ꝑbente baptiſma ſuſcepit. Et ecce colūba de celo venit: ⁊ corpus dñi deferēs fauſtino ⁊ iouite dedit: qui ſecūdū cōicauerūt. ⁊ reſiduū eucharíſtie eidē vt martiano deferret tribuerūt. Rediēs aūt ſecūdus cū iā nox eſſet: ⁊ ad ripā padi veniſſet angelus frenū equi eiꝰ accipiens ſuper aquā illū trāſuexit: ⁊ vſq̄ ad terdonā ꝑduxit: atq̄ ad martianū in carcerem intromiſit. Qui corpus dñi ei obtulit: ⁊ ad domū ſuam angelico ductu rediuit. ¶ Poſtq̄ aūt martianus a ſapritio martyrizatꝰ eſt: ⁊ ſecundus ipſum ſepeliuit: vt ſupra dictū eſt in legenda martiani pridie noñ. martiȷ. Sapritius hoc audiēs ſecūdū teneri fecit: ⁊ xp̄m cōfitentē in equuleo ſuſpenſum tādiu torqueri mandauit: donec eiꝰ brachia a ſuis cōpagibus ſoluerent̄. Sed cum fuiſſet ſanitati a dño reſtitutus in carcerē illuz recluſit: vbi dū eſſet angelus dñi ſibi apparuit: ⁊ ſecūdū clauſo carcere eduxit: ⁊ vſq̄ ad aſteñ. ciuitatē deductū ad carcerē vbi erat calocerus intromiſit: quibus ſaluator apparuit: ⁊ eos benedicens cōfortauit. Cum aūt mane ſapritius ad carcerem pro ſecūdo miſiſſet: ⁊ carcere clauſa ⁊ ſignato ipſum minime repperiſſet: indignatus venit ad vrbem aſteñ. vt vel calocerū puniret. Et cū in eodē carcere ſecūdū ⁊ calocerū inueniſſet: calocerū quidē albiganū miſit: ⁊ ibidē illū decollari mādauit: vt dictū eſt ſupra in paſſione caloceri. xiiiȷ. kalen. aprilis. Secundū ꝟo aliquibꝰ diebus in carcere detētū educi fecit: ⁊ in cōfeſſione vere fidei ipſo immobiliter perſiſtente picē cum reſina liquari mandauit: ⁊ ſup caput eius infundi: ac in os ipſius iactari. Qđ cum viriliter toleraſſet: ⁊ iubilando deo pſalleret: ip̄m extra ciuitatē ductū decollari mandauit. Cuiꝰ corpꝰ angeli mox tulerūt: ⁊ ip̄z cū laudibus ſepulture tradiderunt. iiȷ. kalen. aprilis.

¶ De ſancto Mamertino abbate. Cap. xiiȷ.

MAmertinꝰ abbas prius paganus cum idola quadam vice coleret: vnū oculū ꝑdidit: ⁊ vnius manus ariditatē incurrit. Qui dum deos ſe offendiſſe putaret: ⁊ ad templū ad idola colenda pergeret: obuiauit cuidem xp̄iano noīe ſauino. Qui cū ab eo cauſam ſue infirmitatis didiciſſet: eidem xp̄m predicare cepit: ⁊ ne demones quos deos putabat amplíꝰ coleret admonuit: conſulens vt ad ſanctū Germanū antiſidoreñ. ep̄m pergeret cuius cōſilio fretus ſanitatē reciperet. ¶ Mamertinꝰ ergo iter arripiēs venit ad ſepulchꝛū ſancti amatoris ep̄i ⁊ plurimū ſanctorū. Et ꝓpter pluuiā nocte ſuꝑ tumbā ſancti concordiȷ ſe collocauit. Cumq̄ obdormiſſet apparuit ei viſio mirabilis. Uidebat enī virum ad cellā eius venientem ⁊ ſanctū concordiū vocantem vt veniret ad feſtū quod ſancti peregrinus amator cū aliȷs ep̄is faciebant. Cui de tumulo ſanctus reſpondebat: ꝙ tunc venire non poterat: quia hoſpitē ſuum cuſtodiebat: ne a ſerpētibus ibidē exiſtentibus occideret̄. Tūc ille recedens: poſt interuallū redibat ⁊ iterū concordium aduocabat. Sanctꝰ ꝟo de tumulo ſurgēs mamertinū ꝑ manū apꝑhenſum ducebat. Quē ſanctus amator: quis eſſet interrogabat. Et cōcordius hoſpitē ſuū eſſe reſpondebat. Cumq̄ amator ip̄m tanq̄ pollutū expelleret: ⁊ ille corā